



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

Pars I. De Testamentis, Codicillis, & ultimis voluntatibus. Pars II. De
Hærede, & Hæreditate. Pars III. De Legitima Trebellianica, & aliis
Detractionibus

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. XXIV. Cæsaraugustana testamenti. An, & quando Episcopus condere
possit testamentum ad pias causas, sive, (ut dicitur) pro anima, pro
morientibus ab intestato; Et quatenus possit, quomodo id ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74043](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74043)

toria, ut firmatur per Rot. in Rom. hered. i. Aprilis 1658. q. nec pietas coram Albergato, edita in causa, de qua habetur infra decr. 50. impress. post colluc. Bond. decr. 43. Tertiò fortiter, quia legatum restictum erat ad solam vitam dicti Religiosi, qui poterat premorit testatrix, vel intrà breve spatiū post illam decedere, unde propterea legatum remansisset, vel caducum, vel sine effectu, quod nullatenus est probabile, si finalis, ac primaria testatrix intenſio directa fuisset ad opus, & non ad personam.

Quarto quia, ad distinguendum legatarium ab exequore attenditur, an persona aliquid commodum, ac emolumentum ex ea dispositione assergitur, nec ne, ut primo casu censeatur legatus, in secundo autem exequor ex deductis per Add. ad Gregor. dicta decr. 54. Adden. ad decr. 20. num. 35. & sequen. part. 3 recent. Cum igitur erogatio dictæ præfationis, utpote reposta in libera voluntate, ac placito dicti Religiosi, sequi posset ad ejusdem Religiosos necessarios, vel honestos usus, hinc sequi dicebatur, ut versaremur in prima parte distinctionis. Neque obstat videbatur insinuationem onus erogationis in eleemosynas occultas, vel usus pios, quoniam ista videbatur potius quædam expressio ejus, quod tacite inerat de jure, cuius dispositione attenta, ubi Religioso professo, Vel ex Apostolica dispensatione, Vel ex dispositione testatoris, conceditur usus, ac administratio alicuius annua præstationis, seu aliorum bonorum, tunc id sub se istam tacitam haber conditionem erogandi in pios, & religiosos usus etiam proprios, non autem extrâ ea, qua Religioso non bene congruunt Navarr. conf. 17. de donat. lib. 3. Sanchez. ad præcipia Decalogi lib. 7. cap. 17. num. 8. Barboz. de Episcop. alleg. 103. num. 5. in fine Rota decr. 18. numer. 22. part. 9. recent. in Romana censuſum 27. Maii 1652. coram Bichio, inter duas decr. 508. & 27. Aprilis 1654. coram Bevilacqua, & quarum prima est etiam impress. decr. 153 part. II. recent.

Econverso autem, ut dicta dispositio importaret in Religioso simplicem exequoriam, urgabant; Primo dicta restictio ad eleemosynas occultas, ac usus pios, unde propterea ipse Religiosus nihil sibi applicare poterat, quoniam ea, quæ in proximè allegatis authoritatibus habentur de administratione religioso permitta, percutiunt prohibitionem erogandi in usus parum honestos, atque vero religioso incongruo, sed non inducunt necessitatem erogandi in pios usus tantum, cum receptu sit, erogationem fieri posse in usus religiosos, qui ejus personæ usum respiciant circa quamdam maiorem commoditatem, que in instituto non repugnet, & tamen illi usus dici non possunt pii, utpote necessarii pro substantiatione religiosi, dum Religio præscriptum verò illa, de qua erat iste Religiosus, omnia necessaria suppeditat; Et consequenter, dum stante dicta restictione, persona nullum obtinebat emolumentum, versabamur potius in altera parte distinctionis, de qua suprà.

Secundo, quia cum hujusmodi legata facta religiosis, cum præcepto, ut non acquirantur Religioni, sed converti debeant in pios usus, ad quorum specificationem ipse religiosus teneri non deberet, ut plurimum continere videntur fraudem & colorem quæsitionis, ut ita religiosus contrâ proprium institutum efficiatur proprietarius. Atquæ hinc sequitur, ut per Episcopum, seu alium Superiorum, cuius loco Fabrica successit, ad hujusmodi fraudibus obviandum, dicta administratio interdici posset, erogando legatum in opera pia Episcopo bene Card. de Luca P. I. de Testam.

visa, quorum loco, stante incertitudine, succedit fabrica ex deductis per Fagnan. in cap. tua nobis de testamentis, & habetur particulariter actum infra decr. 6.

Et tertio clarius, quia in testatrix nulla concurrebat ratio affectionis erga istum religiosum, catenùs ab ea cognitum, quatenus esset Praefectus cuiusdam pix congregationis, cuius potissimum pium institutum est, curandi cum occultis eleemosynis subvenire honestos pauperes verecundos, ideoque verè legatum directum erat in opus, destinata persona ratione Praefectura ejusdem operis, unde propterea clarum videbatur, quod ageretur potius de exequore; Credebam tamen quod nimis alpèr, ac rigorosa esset hujusmodi prætensio, quoniam stante hujus congregationis instituto, atque expressione ab eadem testatrix facta de occultis eleemosynis, ita videbamur esse potius in casu illius incerta dispositionis ad favorem pauperum, quam à fabricæ facultatibus exemit dictus motus proprius. *Alexandri Septimi 30. Augusti 1655.* Verum ob difficultates, congrua reputa fuit concordia, quæ controversie finem dedit.

CAESAR AVGUSTANA

TESTAMENTI

PRO

COMITE DE ARANDA
ET CONSORTIBUS

CUM

ARCHIEPISCOPO.

Causa disputata in Rota ubi penderet.

An, & quando Episcopus condere possit testamentum ad pias causas, sive, ut dicitur pro anima, pro mortuorum ab intestato; Et quatenus possit, quomodo id practicari debat.

SUMMARIUM.

- 1 *F*acti series.
- 2 *R*esolutio senatus causa.
- 3 *D*e materia remissoria concedenda, vel deneganda, & quod non expedit has disputationes assumere.
- 4 *U*nus pro altero testari non potest, neque ultima voluntas in alienam voluntatem conferri potest.
- 5 *N*on est prohibita consuetudo legitimè inducta, ut Episcopus testetur pro anima mortuoris ab intestato.
- 6 *Q*ualis consuetudo in hoc requiratur.
- 7 *Q*uod ista consuetudo habeat aliquam juris assistitiam, & deratione.
- 8 *D*e absu dicta consuetudinis.
- 9 *D*e moderationibus factis per S. Congregationem.
- 10 *Q*uod eadem consuetudo deberet omnino aboleri.

De LUCA
De
Testamentis
et ceteris
GVI

DISC. XXIV.

Defuncto Antonio de Ximenes Comite de Aranda, ejusque hereditate per legatos successores ab intestato adita, cum quedam eius schedula testamentearia reperita postmodum fuisse, re delata in Tribunalis laicali, ea declarata fuit informis, ae invalida, ideoque jus intestate successionis confirmatum; Hisque peractis, Archiepiscopus Cesaraugustanus, prætendens, quod in ea Civitate, & diœcesi, antiqua vigeret consuetudine, ut pro morientibus ab intestato, ipse testamentum ad pias causas, sive uideatur pro anima, facere posset, dispositionem ordinavit continentem pia legata in summa ingenti scutorum centum quinquaginta millium, ex eo fundamento, quod id conformaret dictæ schedula; Quare interposita per heredes appellatione, & commissa causa in Rotacoram Bourlemont; Ex parte Archiepiscopi petita fuit remissoria ad effectu probandi dictam consuetudinem, datoque duplice duobus, uno in bono jure ad instantiam heredum, *an dispositio sublineatur*; Et altero, *an danda sit remissoria*, atque utroque proposito sub die 6. Martii 1671. responsum fuit pro concessione remissoria, atquejuxta stylum, dilata alterius dubii resolutio, & in hoc statu causa pendet.

In congressibus autem pro causæ directione habitis ex parte heredum, Ego eram in sensu, ut facienda non esset oppositio concessionis remissoria, isteque est sensus meus frequentior, ita me docente plurimum causarum experientia, ex ea ratione, quod in causis præsertim prophani, in quibus non proceditur cum eo rigore, qui rationabiliter adhibetur in beneficibus, ut advertitur *sub tit. de benef. disc. 99.* de facili pro remissoria concessione responderi solet, ubi irrelevantia, vel calumnia non sit plusquam clara, cum ex Curia styllo, non soleant, nec debeat probationes coangustari; E converso autem, hujusmodi disputationes gravia præjudicia parere solent, quoniam occasione extendendi defuper decisionem (ut styllo satisfiat) in ea, (quamvis male), ad probandum relevantiam articulatæ materiae, ac futurae probationis, deduci solent omnia concurrencentia merita negotii principalis, plures conclusiones ita incidenter firmando, adeò ut in disputatione ipsius negotii principalis, ea quæ dicta occasione jam firmata sunt, maximum faciant obstatum.

De relevantia vero articulata confuetudinis, dicebam non videlicet dubitandum, ac successivè, quod nullatenus negari debuisse remissoria, unde propterea mihi, licet in contrarium scribenti, hac resolutionis probabilis visa est, non solum quia agebatur de causa prophana, sed fortius quia ad instantiam actoris contra reum, & possessorum, unde propterea non cedebat illa calumnia suspicio, quæ cadit in casu converso, ut plures habentur in sua materia *sub tit. de judiciis.*

Quamvis enim de jure prohibitum sit, ut unus pro altero testetur, adeò ut neque volens testator, possit ejus voluntatem in illam alterius conferre, ideoque multò minus tali voluntate defuncti non accende, ex iis quæ occasione agendi de captatoria dispositione, habentur *infra disc. 42. & seq. & sub tit. de fideicom disc. 60.* cum dñob. seq. ac etiam disc. 182. & seq. ubi de fiduciaria communicatione propriæ voluntatis ab alio aperienda, & habetur de testamento filiisfamilias, ut neque de patris consensu valeat, cum similibus, quod etiam agnoscat

Genuen. in prax. Archiepisc. Neap. cap. 96. juxta impressionem Roman. Anni 1609. ubi in specie agit de ista consuetudine.

Atramen ex deductis per Genuen. *ubi supra*, ac etiam pater ex pluribus decretis Sac. Congregationis, quorum aliqua referit elaboratus collector *Nicolini in Flores suis verbo testamentum num. 16.* & pleraque alia, Ego habeo manuscripta, non videtur prohibitum, quin per consuetudinem id induci valeat; Cadente solùm questione, an ista consuetudo debeat esse immemorabilis, vel centenaria, cuius vigore alle-gari valeat privilegium Apostolicum, vel quicumque alter titulus de mundo melior, vel potius sufficiat ordinaria præscriptio quadragenaria cum suis requisitis in iis, quæ sunt quidem contrajus, sed nimiam positivam resistentiam non habeant, quod in præsenti opus non fuit disputare, dum Archiepiscopus articulavit, atque assumpsit onus probandi immemorabilem.

Credebam tamen, ut etiam ordinaria præscriptio sufficeret, quodque iste casus non haberet positivam, ac vehementem juris resistentiam; Siquidem, ut plures in præcedentibus advertitur, leges civiles ex quibus dicta prohibitio resultat, in hac materia est testamentorum ad pias causas, ponendæ sunt ad partes, cum earum subjectiōnem pia causa non sentiat; Cumque jus divinum, vel naturale, seu canonico id positivè non prohibeat, quinimò potius expressè permitat, ut pia dispositiones alienæ voluntati committi valeant *ad text. in cap. ciam tibi de testamen.* cum ibi communiter notatis, & habetur *infra dicto disc. 42. & seq.* Hinc proinde cessat ratio vehementer resistentiaz.

Quinimò non improbabiliter dici posse credebam, ut neque omnino aliena esset juris canonici assistentia; Cum etenim de communī usu Christianorum, Catholicæ, ac piè viventium, pia dispositiones pro anima suffragio, ac peccatorum remissione fieri soleant; Hinc proinde, ubi quis morte insperata præventus, testari, atque ejus anima consulere impeditus est, rectè dicendum videtur, ut Episcopus, tanquam pater spiritualis, atque de salute sibi commissarum animarum sollicitus, ita supplex est, quod defunctus verisimiliter fecisset, vel facturus esset si resurgeret, ad instar illius supplicationis, quam lex, vel Judeus faciat, quando conserit, quod sit minus scriptum, quam volitum, juxta ea quæ habentur plures *sub tit. de fideicom.* præsertim *disc. 115.* cum aliis ponderationibus deductis per Genuen. dicto cap. 96.

Verum quia ferè omnia, quæ ex justo motivo antiqua pietas laudabiliter induxit, avaritia in detectabilissimas corruptelas convertit, dum aliqui Episcopi, (quibus luporum magis, quam pastorum, nomen convenit) sub hoc pretextu, ad propriam ditationem, hæreditates crudeliter expilare conseruerunt, & quod detectabilis est, apud magis asperos Barbaros inauditum, inservire in ipsorum met defunctorum cadavera, sepulturam eis demegando, ut ita filios, ac uxores, aliosque conjunctos suffocarent, quod inexplicabilem miseriā, ac horridum scandalum producit, ut Ego plures vidi practicari; Hinc proinde, ex orbitantia non est in ipsa consuetudine, sed in modo illam practicandi, ut adverto plures in proposito *Bulla Baronum sub tit. de Fend.* ad ejus materiam.

Ac propterea Sac. Congregatio, auditis his claris, non damnavit consuetudinem in genere, sed ejus proxim moderanter consuevit, mandando scilicet, quod ipse Episcopus nihil sibi, vel suis applicare valeat, quodque id quod taxatur, verè piis usibus,

DISCVRSVS XXV.

55

- usibus, cum omni sinceritate applicari debeat, eo modo quo ipse defunctus pro qualitate personæ, quantitate patrimonii, numero, vel indigentia filiorum, vel coniunctorum, ac more regionis, verisimiliter disporurus fuisset, vel disponeret si resurgeret, ita hoc arbitrium, discreterè, nimirumque moderatè exercendo tanguam bonus vir, non autem ex propria cervice, vel ut se ipsum, ac suos ditaret, potius quam, ut animæ defuncti provideret, magnum tamen lumen ad id præbente schedula, quamvis imperfecta, & preparatoria ejusdem defuncti; Sancti tamen est, ut indefinite hujusmodi consuetudines omnino abolirentur, ita præcedendo scandalorum occasione; Licet enim sanctæ, ac prudentes sint provisiones desuper traditæ, attamen punctus est in excusatione, ac observantia, cum pauperes oppresi, non habeant modum recurrendi, ac substinenti lites in Curia Romana super excessiva taxa, vel mala applicatione, adeò ut præfata, ac similes moderationes ferè inanes remaneant, ideoque deberet eradicari occasio, id prohibendo indecinit.
- Applicando autem ad rem, judicium desuper efformari non potuit, dum id pender à probationibus faciendis super dicta consuetudine, qua non probata, clare fundata remanet hujus Partis intentio; Verum, ea etiam probata, adhuc sine dubio istud arbitrium videbatur indiscretum, ac irrationalabile.
- TUDERTINA**
SUCCESSIONIS
- P R O*
- MARTA, ET MARIA DE NOBILIBUS
- C U M*
- BARTHOLOMÆO ET FRATRIBUS.
- Causa decisio per Rotam pro Bartholomeo & aliis.*
- De testamento condito coram Parrocho, & testibus juxta formam cap. cum esses de testamento; Et an testes debeant esse omnino integri, istaque forma sit solemnis, vel probatoria; Et incidenter de statutis laicibus, an habeant locum in successione clericorum.
- S U M M A R I U M .*
- ¹ **F**acti series.
² Resolutiones cause.
³ Forma testandi coram Parrocho, & duobus testibus in terris Ecclesiæ attenditur etiam in prophanis.
⁴ Sed testes debent esse integri.
⁵ Defectus testium suppletur ab adminiculum.
⁶ Vel ab aliis testibus ultra rogatos.
⁷ Quid testes debeant esse rogati.
⁸ Declaratur.
⁹ Quod schedula preparatoria prefat adminiculum.
- 10 Adminiculum etiam resultat, ubi observetur ordo intestata successionis.
11 De Statuto Tudertino in successione.
12 Quod in successione clericorum non attendatur Statutum.
13 Contrarium verius remissive.
14 Ubis tenenda sit prima opinio, cessat si constat de diversa morientis voluntate.
15 Forma inducta per cap. cum esses, non est solemnis, sed probatoria.
16 Sine parrocho sufficiunt quatuor testes simplices.
17 Quod loco parrochi sufficiat Confessorius ordinarius.
18 Cui ratione innixa sit dispositio cap. cum esses.
19 Omnino circa probationes deferendum sit, & an fæmina linit testes.
20 De conclusione, ut dicta forma testandi procedat solum in infirmo.
21 De historia legum civilium.
22 Et an debeat esse confessorius ordinarius, vel sufficiat quilibet.

D I S C . XXV.

GRATIUS confirmato Gregorio, atque accessito Notario, per illum, eo dictante, ¹ conscripta fuit schedula testamentaria, stipulatione dilata ad diem sequentem juxta precium casum in sepius enunciato ² cons. 119 Oldrad. Cumque sequenti die, ingavesciente morbo, Notarius promptè haber non posset, hinc coram parrocho, & duobus testibus idem Gregorius denuo disposuit eodem adamassum modo, quo in dicta schedula hecferna die ipso dictante à Notario conscripta continebatur, instituendo scilicet hæredes, Martam, & Mariam sorores, cum quibusdam legatis ad favorem Bartholomæi, & fratum ex altera præfuncta sorore nepotum; Iltis autem prætentibus ob testamenti invaliditatem aequali intestatam successionem, introducta causa coram Ordinario, pro hæredibus testamentariis emanavit sententia, in gradu appellacionis revocata per A. C. introductaque causa in Rota coram Celso sub die 20. Maii 1661. habito testamento pro invalido, pro omnium contendentium æquali intestata successione responsum fuit, ut patet ex decisi. 35. inter ejus impress. confirmata 27. Februario 1662. coram Bourlemoni, neque, quod sciám, causa ulteriore progressum habuit, vel quia partes acqueriverint, vel se concordaverint, aut mutaverint defensores.

Dictarum resolutionum Rotalium, ac etiam sententia A. C. fundamentum fuit imperfæctio dicti testamenti; Non quidem ut dubitaretur, quod formula præscripta per text. in cap. cum esses de testam. sufficiens non esset, eum in Statu Ecclesiastico, (excepta Urbe ob Statutum disponens, ut servari debet ius civile), extra controversiam sit, ut ista testandi forma sufficiat, etiam ad causas propheticas exempli deductis per Fagnan. in eod. cap. cum esses, ubi more antiquorum Reputentium, multashujus Decretalis lectiones refert, ac expendit, atque in idem plura colligit Boff. tom. 3. moral. tit. 13. §. 1. num. 4. Quintinò plurimum sententia est, ut etiam in Statu Ecclesiæ mediato id procedat:

Sed ex eo quod idem textus desiderat testes omnino integros, quales in proposito judicati non fuerint, ob aliquas exceptiones, quæ parrocho, & testibus dabuntur, præsternit quod parrochus in annotatione, quam de hoc actu fecerat, adjecisset ⁴ clausulam codicillarem, ac prohibitione detractio-
num, aliasque clausulas de Notariorum stylo adjici-
solitas,

E 4

CDLUCA
De
Testamentis
et ceteris
GVI